

Spirio Cancellarii.

Circa Projecta Commissionis de iudicando in Comitatibus et Sedibus
Judicio continuo, nihil est quod reprobari possit, et licet opus nova mul-
ta habeat, non tamcir interest ut publicis Commissionis instar. legis perpe-
tuae consensu omnium iudicatur quin expedite informa instruc-
tionum prævie cuncta tentari, et ubi quis error vel defectus nova pra-
sei. se proderet ut resum in tolli possit accurate consignari, tum
deinceps omnia, si usq; ipso aliquando expletentur et emendan-
tur, languorata et probata ritus solemni inferenda legibus essent.

Nec tentamus hoc, si edicto Summae Principis præcis antiqua-
cijus nœvi tot publicis querelis innoverant suspendatur nova
interim iudicatio, vel Legibus quieti piani, vel consuetudini legum
condonatur, in similibus hactenus observante derogabit. Nam

Quoad statu Personalem, locum continuitatem, domos Praetorias
modum publica et politica tractandi, salaria et fundum, qui ostend-
duntur: sunt haec e numero eorum quae nec lege, aut arbitriis pub-
licis, nec privilegiis fuerant definita, nec libertatibus Noborum, Re-
ligionum, aut Nobilitatis adversantur; et converso et servizio Regio
et Saluti Patriae operationes, quae in opere Commissionis salis vali-
dæ et evidentes compertuntur, omnino profuturae.

Necque Taxa Actiorum quae parvum salarii judicium ingredi pro-
jectabut immunitatem laedit, cum quia hanc quaeque pensionem,
non principis, Regni, vel aliterius, sed sui comodi causa
facit, nec tributi aut collecto specieis est, sed spe lucri uberioris elo-
catur. Quae ubi Actio iusta fuerit per convictos poenae loco refundi de-
bet, ubi erit iurista in ipsius Actorem loco poenae indebitæ, quae
hactenus in exitu litis solo conservaret, redundabit. Ne vero id fi-
eri possit nulla lex hactenus lata prohibet.

Congruit exemplum Juclysi Regni Hungariae, ubi in causis, quae

coram Vice Comitiis et Juridicis tractantes, Judicibus, et
de Diuino, et de interventione, sponfusioris expensarum per
Actores providetur, non tamen vel Praecogativa laeditur vel invi-
munitas Nobilium, quae cum Transylvanis eadem est premi-
putatur.

Cum autem Principes quoque electiti, hunc solum modo pro-
prio leges novas edicere volebantur, ubi vel *Juxta Decreti Parl. II^{dae}*
Tib. III. aritae Nobilium libertati, vel juxta Approbatorem Parl.
I^{mæc} Tib. Art. II. Parl. II. Tib. I. Art I. II. ad VIII. et Parl. III. Tib. I. li-
*bertatibus quatuor Religionum et Trium Nationum, Privile-
giisquae vel singulorum privatis vel Communis latum publicis,*
*lex nova derogare aut articulis antea Regno terrus latit, contraria
esset. Hinc nibil obstat ex parte Legum, cui non aut Officiolatus
isti continui tanquam ordinatio praeter, et non contra legem
projectata, ex supra posse Principali, in forma Edicti etiam
absoluti induci possint, aut salario eorum partim ex fundo ex-
pensarum, quae et hactenus erant publicorum, partim ex fundo
alio, et innocentem, et ad Analogiam Nobilitatis Regni Hungariae
projectata constituantur.*

Quoad Objecta Juridica, quantum neque causas, quae in Se-
driis variis et Tabula Regia hactenus, tractabantur, ad Officio-
latus istos reduci, differentias litis motionum solli, abusus re-
mediorum emendandi, revocationes circuus scribe, Spellationis la-
tiones extra Dominium admitti, et similia, pro removendis im-
pedimentis salubriter Commissione projectat. Negari nequit haec
quidem esse contra leges, actales duntur at leges, quae modum agen-
di pro circumstantiis, et hactenus identidem ac infinite variatum,
non autem fundamenta nec Libertates tangunt.

Medium tractandi Juridica varium fuisse docet; non solum
 collatio Part. II. Decreti cum Part. III. Approbatorum et compila-
 torum, ubi omnia pone, quae Verbochius circa Processus Actiones, et
 Remedia institerat, mutata esse diagnoscuntur, sed docent et Articuli Anno-
 rum 1678, 1680, ac alii ubi Petri de Comitatus parsiales, quae nus-
 picunt ante erant, nunc inducuntur, non tolluntur, et Praxis ipsa
 Judiciaria, quae magna sui parte, nec codicibus Legum, nec secretis
 Articulis: ut recte Commissionis inter impedimenta mouentur: con-
 formis est.

Connectio proinde naevorum in Processibus, non est ex iis quae eti-
 am motu proprio Princeps legitimus, immutare hanc posset, quip-
 pe omnis potestas condenda Legis, a populo ad Principem transiit,
 Pro legorum Tit. VII. § 2 Ac Princeps de iis solum citra consensum
 populi Leges statueret novas, aut mutare antiquas nequit, cum id
 quod statuere intenderet, aut juri divino et naturali, aut a vita li-
 bertati esset prae iudiciorum. Decreti Part. II. Tit. 3.

Oto licet Sua Majestas posset plene, non tamen modo proprio feci-
 se dici posset, etiam si Projecta Commissionis in forma Edicte ci-
 tria novum Statuum confluum confirmaret; quia de his na-
 vis judiciorum, de impedimento iuris, ipsius Status, longo tem-
 pore publicis precibus querulantes modos projectant, corrigi orant,
 quare dum comporta publice mala, ad processum, tali reme-
 dio Princeps, quod optimum sibi videtur, tollit, dici nequit, vel po-
 pulo fecisse inaudito, vel potestate sibi non competente Legislativa
 potestas, non solum quae populus petit confirmandi, sed et in me-
 lius quod petitur mutandi facultatem involvit.

Quia tamen conservando, qua et Principes Nationales, et Augusta Do-
 mus a Suscepto Regimine, in exigendis, pro bono publico, novis

Officiolatibus utebantur, hic aequo observari posset, ut non statim
in forma legis perpetuae, sed penes instructiones interimales: quae
sub conditione variandi, addendi, demendi quae evanire conserva-
rent: / nova Officia exigebantur, censetur haec quoquae iudicia in
circulis continua simili ratione erigenda esse, eaque omnia quibus
commissione iudices continuos in tractandis, qua politicis, qua iuridi-
cis, circum scribivelleb, Título solum instructionis, accurate tamen
observandae, per Primum Majestatem confirmari consulerent, ut sic u-
sus primum novae Praxis, comoda et incommoda, explorarentur,
deveniuntque modo stabili per censorum inter Status Regni pub-
licam, additis rursus addendis et mutatis ubi foes necesse esset
mutandis in legem instructionis transal perpetuan.

Nec dici potest Acta illa intuitu soltem juridicorum, quae in fo-
ris istis, non lege publica, sed sola instructione interimalis fundatis
deciderentur, rata non fore, quia etiam supremorum dicasteriorum,
Tabulae nunpe Regiae, ut nunc est continuae, Gubernii Regii et Can-
cellariae Aulicae Status omnis, qui hodie viget, etiam judicandi Ac-
tivitas, solum instructionibus, quae pariter ad interim Annis 1693
et 1737 emanaverant, invitentur, nec nisi sola appellandi moda-
litas, sed et haec ruper ad modum A: 1757 legis illata est, quis
tamen dixerit, iudicia ista nullitate laborare, aut si illa omnia
induci, mutarique, penes instructiones et Rescripta posuerunt, cur
non iudicia in locis pedanea possent? Poen.

Negari nequit Principem Georgium Rakoczi juniores, in
adornando approbatarum Codice in hoc legislativam potestatem
exercuisse, quod et Commissarios, qui considerationes colligerent, ip-
sem et solus delegit et instructionem praescripsit, et Codicem cer-
tis rursus, et collectis ab ipsis et hominibus, revidendum communis;

licet de eo sibi praevie concluserant, ut in mediis comitiis, operis
revisio et de discernendis Articulis deliberationes fierent, ut patet ex
Articulo 81. Iunii 1652 et Conclusione Confirmationis Approba-
torum.

Princeps quidem Appafius, dum Codex compilacionum collectus
est, statibus intentionem in Comitiis proposuerat, sed sibi ipsi-
simus Commissarios nominauit, verum Principi ad cuius iura
Majestatica pertinebat nominandos deferunt, isque et compilari
jussit, et compilatis non solum consensu modum per modum
pacis scribit, sed potestate legislativa confirmavit. Si haec tam
enim ens facultas Electio consensa est cuius Principi Haereditario
negari posset, maxime, ubi solum de corrigendis processuum mo-
vis, idque in foris pedaneis — quodlibet est.

Porro emendatio quidem remediorum, signanter citationis Appel-
lationis et Revocationis, non praecise solum ad judices pedaneos,
causasque ibidem vertentes, spectare videtur, sed et reliqua Dicasteria
tangunt. At de his coram statibus ter jura acutum et conclu-
sum est, nempe: anno 1729 et 1731 duum adjecta etiam Tabulae Re-
giae, et Gubernii Regii opinionis opus Commissionis anno 1727 or-
dinatae probatum est, et anno 1748 in Reflexionibus ad Judici-
a Collegiata, quae antecedenter per Cancellarium Thlicium projec-
tabantur. Denunquas anno 1760 ubi rursus dicta anteceda-
ntia, ut memini, confirmanda publico petebantur.

Et qui in opere Commissionis istius antiquas Art. II. De litio
motione, Art. IV. De modo Allegationum, Art. VIII. De prohibita
et inhibitione, Art. IX. De abuso novi iudicij, Art. XI. & XII. De
Appellationibus, Art. XIII. & XIV. De Exceptionibus et Causae Deposi-
tione, Art. XIX. de Repulsione, Art. XXVIII. & XXIX. de Pedris Comi-
tatum

et sicutorum Processibus quae novorum ibidem iudiciorum,
 art. XXXI De foro Dominali, art. XXXVI De foro et Processu biduali,
 art. XXXVII De Processu furtivi pecoris evictionali, nulla nimis
 traduntur quae et legibus prioribus et Praxi nunc confusa, con-
 traria sunt et incomplilibus opinioni Commissionis modernae
 convenient. In nulla vero differentia est, quod aut Commissionis
 illas anterior aut statutis Regni a legibus processualibus, qua-
 tenus justitiae impedimento sunt recedere nefas ducerent, sed in
 hoc solo opus utrumque differt, quod moderna Commissionis, vi-
 am brevem et claram, anterior multo impeditiore pro corri-
 gendis et in lege et in praxi novis ostendat.

Denique legatur Opus Reflexionum, quod Anno 1748 Claudio-
 poli in dicta generali Status et Ordines de tollendis iudiciorum
 impediimentis concluserant; illic non solum ut a legibus pro-
 cessualibus, quae obicem justitiae ponunt, recedatur, sed id quo-
 que expresse statutum est, ut exemplo Regni Hungariae juxta Art.
XXVIII. Ann. 729 Causae aliae, intra Dominium, aliae extra Domini-
nium seu post executionem appellari debent.

Quam obrem ex quo non precibus dunt taxat, sed conclusis publi-
 cis iteratisque reflexionibus status et Ordines tunc de eo, quod
 infinita sint Processuum mala, tunc de eo quod illa etiam in
 ipsis legibus hancant, tunc de eo quod leges quoque processuales;
 operantur impedimento sunt, tolli possent, saepius inter se con-
 venisse et consensuisse compariantur, non a quoque legem de his
 omnibus a Summa Principe, quia legislatore petant, nihil am-
 plius interest denuncio-indici debeat. Sed quia moderna commissionis
 Projecta sua partim ex opere anterioris Commissionis uti benigno-
 sum Majestatis Rescripto iubetur, suffragis Statutum iam probato

partim ex Reflexionibus Statuum Regni anno 748 concinatis, partim e projectis omnium Circularum recente hoc fine Regio Gubernio submissis; partimque iis quae propria et longa experientia ipsius Commissarii observarunt, compilasse dignoscitur hinc nihil aliud quam supraea Sumae Majestatis Sacralessem
mae Approbatio desiderari potest aut debet; praeponitis cum Berrig-
num Rescriptum 11^{mo} Aprilis emanatum cuius virtute totum
hoc de Circularum continuis Judiciis negotium iterum occipit;
Statuum novum Concursum hanc requirat, aliud vero 24^o Maii
emanatum in hanc partem judiciorum, sumi queat.

Ut tandem Commissio et Opus reliquum in colligendis digo-
rendisque methodice legibus, ad tenorem Instructionis Sua et Be-
nigni Rescripti Regii anno 763 die 19^{ma} Mensis Septembris ema-
nato finiverit, et tunc Opus illud revideatur, quam Instructio,
quae nunc ad interim Judiciis locorum continuis prescribitur,
additis addendis in Legem publicam suo modo transeat, Statuum
presentia Diaetaque generalis erit omnino necessaria.

Hoc sunt ea quae ad Statum questionis illustrandus ea fide ad-
ducenda constitui, qua in Principiis in Patria et in leges patri-
as, absque ullo illarum discrimine, obstrictum me esse sentio.

Cibinij d. 11. Martij Ann. 763.

Samuel L.B. de Brukenthal
Cancellarius Protocolis.